

X 2044735

Zb  
1350

Vota Nuptialia  
*Pro felici Fœniculi in Paradiso conjugij terreno & cœ-  
lesti propagatione*

In Honorem Nuptiarum

**CLARISSIMI ET**

**AMPLISSIMI VIRI DN. BARTHO-  
LOMÆI FENCHELII** in toga & chlamide  
exercitatissimi probatissimiq; Vrbi - præ-  
fecti dignissimi.

*Cum*

**FORMOSISSIMA PVDI-  
CISSIMA QVE VIRGINE ELISABETHA,**  
Optimi Viri Dn. Pauli Nithardi Cam:  
Reip. Ascaniansis Filia

**Doctissimi Viri Dn. M. Ioachimi Nithardi**  
olim Scholæ nostræ Rectoris post modum con-  
sulis Reip. meritissimi

*Nepte Sponsa*

Celebrandarum 16 ante Kalendas Iulias Scripta  
A Sponsæ Consanguineis Patre & Filiis.



ISLEBII. Typis Heredum Gubisianorum. M. DC. XVII.

1918. P. 131



I.

**N**atura Plinius sagax Sophista  
Anguis, commemorat, sua tenella  
Exuta cute quod simul senectam  
Deponat, viridem resumat atq;  
Corporis vegeti modo juventam  
Succo Fœniculi sibi medendo  
Non hoc Fœniculi beate Sponse  
Clarum nomen habens tibi necessum est  
Sed curato modo tuam venustam  
Sponsam fœniculi liquore grato  
Qui presens medicamen est ocellis  
Ad lac qui medicamen est mamillis  
Quod si tu Medicus facis medelam hanc  
Sponse suaviolo patrocinaris  
Radix semen & herba succus est &  
Per quam Fœniculi salubris: Ergo  
Sponse Fœniculi probetur herba  
Radix semen & omne quicquid illi  
Et virtutis inest potentiarum &  
Sic claris oculis videbit illa  
Sic illi niveum creabit & lac  
Quod signum gravitatis, inde gratam  
Materno sobolem sinu fovebit,  
Hoc opto, precor hoc sit hortus illa,  
In quo fœniculi salubris herba  
Florescat vigeatq;, quo Nepotes  
Hinc surgant quibus hoc idemq; nomen

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

Effi-

Efficax quibus & simul facultas  
 Quae sunt Foeniculi potentiaq;  
 Testis Pharmacopae tuq; Doctor  
 Quod non Foeniculo carere quimus  
 Sponsa Foeniculi sit hortus ergo  
 Sponso quod medicamen & leuamen  
 Hoc mecum populus precatur omnis  
 Iungens & sua vota dicit Amen.

M. Johan Hertzogius Ecclesiae Asca-  
mensis Pastor.

II.

**A** Ureas petit cytharam sonantem  
 Diligens formosa comas, capillum  
 Iam venus siccat, charites canora  
 carmina cantant  
 Nam petis tædas Neonymphe sacras,  
 Omnium rerum genitor secundet,  
 Qui magis possem thalamo iugali  
 dicere fausta?  
 Te thori casti sociam tuique  
 Tot dies conservet honestiorem  
 Flosculos quot gignit ager rosas &  
 lilia pulcra  
 Filiis multis decoret cubile  
 Te potens tandem Fabricator orbis  
 Inferat regno patriæ perenni.  
 Et Neonympham

A 2 III. Quid



## III.

**Q**uid tibi Fencheli prudens praefecte, corona,  
 Opto cum Sponsa, qui decus, Ascamia;  
 Vertat ut omnipotens Sathana Deus ipse colubros  
 A vobis febres nocte dieq; malas:  
 Pacificum thalami sacrati seruet amorem  
 Ac vester vigeat prole decente torus  
 Hoc precor ac nobis Neonymphis opto pudicis  
 Pluribus haud opus est versibus hisce vale  
 Anno FAVORIS & AMICITIAE gratia FVDIt.  
 Johannes Hertzog

## IV.

**C**ondendi quanquam mihi sit data curta supellex  
 Carmina Fencheli Bartholomae tibi:  
 Cum tamen illa dies claro jam lucet Olympo,  
 Quarepetis letus federa sacra tori  
 Par est vota tuis thalami conatibus addam:  
 Ardua enim res est connubiale jugum,  
 Quod Deus omnipotens sancivit origine mundi  
 Autor conjugii vincla subire jubet.  
 Propterea gaude quod nactus Sponse, puellam,  
 Quae tibi, dante DEO, pulcra puella, venit.  
 Cuius praeclearam commendat gratia formam  
 Et superat pulcras hocce colore rosas.  
 Elisabetha tibi spes & jucunda voluptas  
 Eriget haec blandis tristia membra jocis  
 Haec tibi dulcis, Onyx jucunda medela dolorum  
 Hanc foveas dicens: tu mihi sola places.  
 Tu mihi sola places en me tibi dedico totum  
 Mortuus ac vivus sum maneoq; tuus.  
 Elisabetha tuum Sponsum amplectare vicissim  
 Quae tibi fors donat Sponsa venusta fove. Hunc

Hunc pietas probitas & summa modestia morum,  
Hunc pudor & magnus concomitatur honor.  
Quod superest vitam unanimes sinelite geratis,  
Angelus Asmoden pellat ab aede, precor.

Georgius Hertzogius.

V.

**D**ulcis æstas post hyemem recedit  
Et simul dissolvit aquas potenti  
Frigore & dura glacie coactas  
tempore brumæ.

Cernimus ramos patulos amænis  
Fructibus nec non virides susurros  
Candidis hortos recreare dulces  
Sæpius undis.

Mortua ævo quæ fuerant hyberno  
Frigidas rursus redeunt sub auras  
Omnia in terris rediviva, læto  
Stantq; vigore.

Mæstus immatura tuæ Maritæ  
Fata deflesti tenere, tuique  
Hactenus semper thalami pudici  
Frigida regna.

Ignis at rursus veteres calores  
Suscitat, sæva facit torret ardens  
Dulcis & te iam meminisse non vult  
Fœderis olim.

Pace funestam liceat corollam,  
Iamque dissolvisse tua, comisque  
Serta dulci condecorata myrtho  
Reddere canis.

Hæc dolores Sponsa tibi levabit  
Testis & cuncti fuerit laboris  
Tollet

Tollet & quod non potuere dulces  
Tollere Nymphæ.

Qualiter flos intemeratus horto  
Candido omnem mulcet odore terram  
Compleat sic Sponsa recens cubile  
undiq; gnatis.

Scilicet cunctis scatet illa claris  
Dotibus, vivus micat ore splendor  
Gnaua procuret proprii Mariti  
Remq; domumq;

Hæc tibi gemma fuerit tument  
Charior, nec non rosa suavis una  
Leuis & perdulcis Onyx amore  
tempore quovis.

Pulcrior plauta Veneris superbæ  
Sponsa, & excellit radios capillis  
Solis hæc splendore simul nitore  
Elisabetha.

Prome nunc chordas Cytharæ canemus  
Tu puer divina, thori sacrati  
Iura in it petita atq; Sponsam  
Bartholomæus.

Eccæ perdulces properant puellæ  
Aureis nec non nitidis Catenis  
Candido vultu roseis papillis  
Ore q; rubro.

Ite vos & nunc juvenes venisti  
Vesper instat, tempus adest salire  
Atq; vos præbete hilares simulq;  
Colla ligate.

Vre

Vre spernaces juvenum puellas  
 Igneis pectus jaculare telis  
 Vre & illustres animos libido &  
 Incute flammæ.

Nam tibi est arcus tibi sunt sagittæ  
 Queis amores in cutis in puellas  
 Perficis telis animosa victrix  
 Bella libido.

En tuo astat mars lateri cruentus  
 Autor armorum clypeo minanti  
 In manu dextra gladium coruscum  
 Ducit & arcum.

Errone quid statis juvenes? præite  
 sunt secuturæ placidæ puellæ  
 Tela ne martis noceant cruenta  
 Pergite tandem

Atque vos in vota vocate Christum  
 Pace quo longa thalami sitomen,  
 Prosperum duret maneatq; multos  
 Fœdus in annos.

Da meis finem Deus alme votis  
 Quod cooptavi liceat potiri  
 His novis sponſis faveas precamur  
 tempore longo.

ANNO

CuDebat MaVrItIVs

Hergog.

F I N I S.

Vt spernere iuvenum puellas  
Insuperque iuvenum tollere  
Vt de illis animos libido &  
Incurramus  
Nam illi cetera tibi iuvenum  
Quae amoris in curis in puellis  
Liberis tollis animola videtur  
Bella libido  
En tuosque matris lateri ostentus  
Asteris in curis in puellis  
In manu dextra gladius cornutum  
Ducit & accipit  
Ego quid facis iuvenum puellas  
Sunt tunc iuvenum puellas  
Tibi namque necesse crederis  
Fugite tandem  
Appropinquat vos vocare Christum  
Pace quo longa thalamus in omnia  
Prosperum ducet maneat; multos  
Fidus in annos  
Danteis factis Deus animo vobis  
Quod compari iuvenum  
In vobis omnia iuvenum  
tempore longo  
ANNO  
MCMXIII

Pom. Z 6 1350

QK







Vota Nuptialia  
 Pro felici Fœniculi in Paradiso  
 festi propagatione

In Honorem Nuptiarum

**CLARISSIMI**

AMPLISSIMI VIRI  
 LOMÆI FENCHELII in  
 exercitatissimi probatissimi  
 fecti dignissimi

*Cum*

**FORMOSISSIMA**



CISSIMA QVE VIRGINIS  
 Optimi Viri Dn. Pauli Ni  
 Reip. Ascanianis

Doctissimi Viri Dn. M. Io  
 olim Scholæ nostræ Rectoris p  
 sulis Reip. meriti  
*Nepte Sponsa*  
 Celebrandarum 16 ante Kalen  
 A Sponsæ Confanguineis I



ISLEBII. Typis Heredum Gubisiani

1918. 9. 1. 51



15.

